

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Egloga Ecclesiastica Radbodi S. Traiectensis Ecclesiæ famuli, de virtutibus  
B. Lebuini Presbyteri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

DE S. LEBVINO CONFESSORE.

315

in secula benedictus. Decursa igitur, vtcunque potuimus, de gestis beati confessoris Christi Lebuini narrationis serie, liber pauca de inuentione eius subnectere.

C A P. XVII. De translatione S. Lebuini.

P Ost felicem illius ad cælestia tristum, hostis instinctu maligni contigit, Saxones, Saxones et inflammat quorum maxima pars adhuc in infidelitate durabat, basilicam, qua sacram cor*ecclæsiæ, fed* pus iacebat humatum, iterum succendere, & cum ea circunquaquæ vastare. Et cum corpus imperitum eius quereret sepulcrum, Deo prouidente, reperire nequievunt. Vnde tenire non possunt.

Interea Gregorio venerabili Abbatे, cuius suprà mentione fecimus, ab hac instabilis habitatione in domum aeternitatis migrante, consanguineus eius Albricus dignitatem suscepit Traiectensis cathedræ. Qui cum haberet quendam virum Deo dignum, sibi speciali affectu deuinatum, nomine Ludgerum, postmodum pontificali honore sublimatus, sic affatus est eum: Mi frater charissime Ludgere, cum nouerim te ea, quæ ad diuinam pertinet religionem, studiosè exquirere, horror ac postulo, loco illi, quo sacrum corpus Lebuini Christi sacerdotis receditum fuit, te curare impendere, & vt atque Deo reuelante, inuenire valeat, magnopere elaborare, atque ad concinnandas Deo laudes templum inibi super illud ædificare. Qualis etenim quantus que vir fuicit, tuas fraternalis optimè nouit. His acquiescens monitis egregius Ludgerus, omni adhibita sollicitudine, agru, in quo thesaurus ille erat absconditus, excolit pro viribus, similis homini bonam margaritam quærenti studiosius. Et quanvis minimè, quod desiderabat, valeret inuenire, moestus oppidit, tamen intra spatiū loci, quo putabatur contineri, coepit basilicam ædificare. Sed bono viro bona querenti non defuit manifestatio bonitatis Domini. Visum denique ei est in somnis, sanctissimum Christi sacerdotis Lebuinus dotem Lebuinum secum loqui, & sui detegere locū sepulcri, seque ita affari: Lauda apæret Ludgero, quod ad honorē nominis Dei templum iam olim dirutum conari restituere. Mei vero membra corporis reperies remoto hoc, quæ erigis, pariete Australi. At seruus Domini Ludgerus nil hafians de visione, aggregata Cleri plebisque plurima concione, atque subruto quem erigebat parieti, in loco sibi præoítio, quod desiderabat, se ga- Inuenitur nius est inuenisse. Oblata itaque Deo, vt dignum erat, in hymnis & psalmis gratiarum actione, dilatarfecit spatiū edificij illius, quatenus inibi clauderetur thesaurus, à se, corpus S. Lebuini. Domino reuelante, repertus. Quantum denique sit preciosus, ab eo tempore usque in præsens signis declaratur ac virtutibus, quæ per eius merita in suos fideles operari Edetur mi- semper dignatur ineffabilis potentia benigni Iesu, Dei & Domini nostri: Qui cum pa- racula. tre & spiritu sancto vivit & regnat per infinita seculorum, Amen.

EGLOGA ECCLESIASTICA RADBODI S. Is. S. Rad-  
TRAIECTENSIS ECCLESIAE FAMVL, DE VIRTVTIBVS bodus fuit  
B. Lebuni presbyteri, & de sancto nomine eius, quod non sine quadam futu- Traiectensis  
rum præagio sortitus esse creditur.

**N**elcytus Anglorum veniens Lebuinus ab oris,  
Sacris virtutum remis, & remige Christo,  
Sæus pro celo comprescit flumina Rheni,  
Cuius fortè graui turgebant ostia flatu,  
Exagitata feris perspè Aquilonibus antè:  
Atque ea diuinæ fuerant sic inuia nauis.  
Sed postquam sanctus rabidas perflauerat vndas,  
Cælitùs emisso semel im petrauit ab Austro,  
Corruit immiris Boreas, moxque æquore tuto,  
Sulcepit placidus Pacis nauigia Rhenus.  
Hæc vbi successu portum petiere secundo,  
Vrbis in antiqua perfixa est ancora glebis,  
Et lapidis firmata situ: nè fortè solutas  
Turbine quassaret rursus vis horrida puppes.  
Tum vero insignem mirata est terra colonum  
Condemnare suas cælesti fomite messes,  
Ac ma' è nata solo diuinis vrere flaminis.

S. Is. S. Rad-  
bodus fuit  
Traiectensis  
Ecclesiæ  
Episcopus,  
cuuius vita  
est 20. No-  
vember  
VI. Tomo.  
12. Nouembr.

Dd 2

Hos

URIUS

OPUS  
AD DEI

RVIII

5

Hos allegoricis decernere vitibus agros,  
Ilos sinceri sulcis addicere farris,  
Arboribus quoſdam fidei exercere locandis,  
Qui sua vicino colluſtrent germina celo.

Cernere erat steriles ſplendescere floribus herbas,  
Fecundumque nemus fruges nutrire ſalutis,  
Nil non proficuum campos redolere per omnes,  
Postquam diua ſegeſ felicibus haſerat aruiſ.

Hæc typicè noſter geſlit Lebuinus, amice,  
Si benè perpendis, quid ſpiritus innuat odiſ.  
Nam pepigit vites, cùm multos codicis almi  
Struxerat eliquijs, cùm dogmata myſtifica ſparſit,  
Triticeam poſuit mēſem, cùm peſtora munda  
Eſſe dedit, caſtumque Deo ſubtexuit agmen.  
Porro autem arboreas ſtuduit plantare nouellas,  
Robora cùm fidei ſtatuit, cùm pacis oliuam  
Crescere, cùm fructus fecit pollere perennes.

Iure igitur ſummo à nobis traſtatur amore,  
Iure illi venerandus hoſos impenditur. altor  
Qui probitatis erat, verique aſſertor optimus,  
Errorum domitor, vitij calcator auari,  
Arca pudicitia, frugi quoquè virginis aula,  
Virtutum turris, pacis ſeu lucis oliua.  
Poſtremò ipſius, quam carmina cuncta verentur,  
Et quā terreno ſpoliat ſe dapsilis auro,  
Quaque Deo cognata, mori pro fratribus optat,  
Virtutis, cum ſpe aternæ custodia vita.

Ergo tibi prudens lector, tibi conſule, queſo,  
Et mecum, fancto Domini ſolennia vota  
Né tardes offerre, virum hunc quia diligit omnis  
Dilectus Christo. Christum nam diligit ipſe,  
Atque ipſum Christus, flagrans amor ardet vtrinque,  
Sed Christi de parte magis, minus eſt quia totum  
Quod mortalis agit, ſuperant diuina caducum.

Nos quoquè, quos ſemper famulos Lebuinus habebit  
Nos quia ſemper amat, deuotè hunc ſemper amemus,  
Suauibus & modulis Christi cantemus amicum,  
Ipſius & nomen Latio fermone canarū,  
Quale ſonat, toto diuīſus ab orbe, Britannus.  
Nanque illic puerum dixere crepundia paruum  
Liaſuim, quod ſacrum poſt hæc baptiſma probauit,  
Decreuitque Deo dulce & memorabile nomen.  
Nam ſi vertatur Liaſuim, quod cuna ſonabat,  
Carus amicus erit, ſed verbum augere neceſſe eſt,  
Cuius, ſiue Cui. Melius quid conuenit iſtic,  
Quām ſi lege metri Christo, Christi ſubaudis?  
Hæc duo ſi copules, ſancti vocitamen adimples.  
Atque in utroque places, cùm te Romanus & Anglus  
Audiat exultans, laudat idioma docentem  
Quod patrium armatos, translatum paſcit inermes.

Eccè autem cohibere monent fastidia carmen,  
Nè Muſis doctas lādam ruralibus aures:  
Quod facile, ſtipulis cùm quiddam gario noſtriſ,  
Accidit, Arcadiſi quā rudunt more peculi.  
Vix quæ aliquis curet calcem expectare canoris,  
Cui neque ſaltem obolo primordia digna videntur.  
Sed refert, quid quiſque canat, nos očia ſeeda  
In melius mutatſſe rati, ſpirantis amomi,

Palma.

Dilect⁹ Deo  
& hominib⁹  
S. Lebuinus

Interpreta-  
tio nominis  
cluſus.

Palmarumque inopes, Siluano extorsimus algam.  
Quam Lebuine vides sacer ac memorande sacerdos.  
Hanc precor, vt Christum recolens, nil fastibus vsum  
Pallentis vidue potius cessisse minutis,  
Gratam habeas, precibusque tuis mea vincula soluas,  
Et vera facias, post diuersoria carnis,  
Libertate frui, sacris cum coetibus Agni.

SERMO BEATI RADBODI S. TRAIECTEN.  
SIS ECCLESIAE DEI FAMVLI, ET POSTEA*Episcopi, presbytero.*

**S**AEPE cotigit, fratres charissimi, vt inter epulas grata sit coniuans. Historiae  
Sanctorum  
quid virili-  
tatis lectori  
adferant. **A**Et fabulosa narratio, & oppressum cibis carnalibus animu[m] que-  
libet segmentorum persequatur esurie[bus]: dumque sui oblitera mens,  
ad tempus ob repletionem corporis obsonium spirituale fastidit,  
magis appetat species vanitatis quibus aures carnis oblectet, quam  
doctrinæ caelestis dulcedinem qua nauseant[ur] animam vera & per-  
petua suauitate reficiat. Verum nobis in presenti lectione multo  
alter cuenire letamur, qui quanto hanc solennius carnis aure percipimus, tanto eam  
audius incordamus, arque id ipsum quod sumimus post venerandam esuriem satietati-  
tis opulentiam, post felicem satietatem, rediuuam esuriem in nobis creare non du-  
bitamus. Iraque ut manifestius eluceat, quæ (vt dicitur) cupedia spiritualibus fameli-  
cis hoc narrationis genere promittuntur, ponantur iam super caelestem mensam fer-  
cula delicijs omnibus huic seculi gratiora, ex quibus suauissimas vita[bus] perennis epu-  
las capientes, tam iocundæ refectionis authori Deo gratias referamus, qui per singu-  
los annos dulcissimi coniuuij participatione clementer nos exhilaret, dum beatissimi  
nobis Lebuini memoriam annua natalis sui festiuitate, tanquam panem Angelorum  
ex ipso pietatis sue copino prolatum reperirent. Quo dum deuotè vescimur, salu-  
briter elurimus, copiosissime paucimur, hilariter exultamus. His consequenter ad-  
iungitur habitudo mentis pulcherrima, fortitudo inuicta, salus continua, contemptus  
mundi, appetitus caelestium, desiderium futurorum. Quocirca oportet nos perpen-  
dere fratres, quante sint deliciae quæ porriguntur, ut easdem sumere aido corde non  
differamus: quibus repletu[m] nulla formidemus machinamenta hostium, nullo terrea-  
mur grandine fecularium tempestatum. Atque ut hoc diuina miseratione assequi valeamus, huius nobis sanctissimi viri exemplum sufficere posse credimus, qui inter ad-  
uerba mundi & prospera, seuiuentis fortunæ impetum, quemadmodum turris Sion, s. Lebuinus  
inter adver-  
sa & despera-  
temper sta-  
bilis & con-  
stantis.  
& porta Hierusalæ præsidio Angelico defensa recessit, cassatisq[ue] i[n]stibus machinarum  
in semper fidei soliditate persistere meruit. Ad tantam vero perfectionem quibus  
bonorum naturalium gradibus ascendiit, quibus quasi scalis euectus, terrena  
transiliens celorum alta feliciter penetravit. Denique in infantia sua Deo & hominibus  
charus exitit: cumq[ue] esset ingenio docilis, animo mitis, pauper spiritu, meritis diues,  
viris probatis certatim annitentibus habitum religionis assumptus, in quo ita Christo  
& Ecclesie sue deuotus effectus est, ut coæuos suis literalis sagacitate precederet, ma-  
ioribus officiosissime pareret, perfectorum imperijs tanquam à Deo datis vera humili-  
tate præditus acquisiceret. Porro in pueritia annis, morum honestate sectatus est  
venerandam fenum canitiem, innocentis vita simplicitatem doctrinæ caelestis erudi-  
tionem compones. Pubertatis autem spatia, non lasciuentis animi voluntatibus effœ-  
minauit, sed potius rigore frugalitatis, & iugis laborum exercitio, rebellionem iuuentus  
edonuit, caligans corpus suum & in seruitutem redicens, n[on] forte cum alijs prædi-  
care, ipse reprobus efficeretur. Huius siquid[em] philosophia[n]a nobilissimos professores,  
multos in sancta Ecclesia esse sciebat: inter quos felicis memoria Vuillibordum  
atque Bonifacium Pontifices in vineæ cultura Dominicæ apprimè laborasse audierat,  
ideoque animu[m] Deo placitis operibus exercebat, vt quos habuerat in Christianitatibus  
proœcibus socios & patres, eosde[m] haberet in eterna felicitate consortes. Enim uero  
quia tantorum familiae Christi luminarium sacra m[ea]tio nostris relationibus, ac si qui-  
dam veneranda lucis radius, illapsa est, intermisso paululum superiore stylo, viros non  
sine mensura alacritate memorandos, dignis laudu[m] praconis ad honorem Dei, prout  
possimus, extollamus: vt Lebuino nostro tanto crescat altior gloria, quanto se præ-  
1. Cor. 9.  
Fit Monas-  
chus.  
Is ætate pu-  
er, moribus  
canus.  
S. Vuilli-  
bordus &  
Bonifacius,  
huius sancti  
conterranei  
& prædica-  
tionis socij  
lege vitam  
s. Swiberti  
1. Martij.

D d 3 ceden-

URIIUS

OPPI  
MATER

RVIII

5